

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Menippus sive dialogorum satyricorum centuria
inanitatum nostratum speculum**

Andreä, Johann Valentin

Cosmopoli [i.e. Straßburg], 1618

22. Antichristvs

[urn:nbn:de:bsz:31-107424](#)

22. ANTICHRISTVS.

A. Agnos oportet dolos esse, ac ingeniosissimos, quibus Antichristus, tantopere proditus ac convictus, etiamnū tot cordatis & sagacibus imponit. **B.** Ego potius nec ingeniosos illius dolos, nec admirandam hominum cœcitatēm, sed fatalem patientiam, & socordem aliquā conniventiam dixerim. **A.** Atqui subinde sagaces deprehendas, qui historias, & hominum controversias curiose scrutentur, non minus tamen in hoc negotio cœcutiunt. **B.** Itaque patientiam dixi: nam quo quisque loco nascitur, eius mores & religionem facile patitur, etiām si, quod sāpe contingit, multa inconvenientia deprehendat, reliqui rebus suis & studiis intenti, facile rerum nostrarum examen negligunt. & alieno iudicio reguntur. **A.** Mihi sane absurdum sit, diversarum partium opiniones æqua lance, & animo neutri obnoxio non introspicere. **B.** Atqui nondum sic orbis terræ religiones audivisti & examinasti, ut unam Christianā reliquis præferre necesse habueris. **A.** Infinitum id est. **B.** Fateor; sed & illud minimum, tota vita cum una adversa parte vel unico eius sāpe membro configere. **A.** Satis mihi sit vel unum Antichristum impietatis & scelerum convincere. **B.** Echo, an tu minutum aliquid hoc credis? **A.** Haud sane difficile; post tot generosos Babylonicæ turris impugnatores, mihi ruinas solūm intueri, & ruderibus inambulare iucundum sit. **B.** Crede mihi, valida ea turris etiamnum est, & temporariis structuris, aggeribus, fossisque restaurata,

ut mi-

ANT

minus tutum
longam sane t
a. Aut fallo
s munitione
regula Christ
tatis, vera Ch
a humilitatem
un perio. lu
am, exande
occulto istus
undatum fit.
nis, superint
orum satell
a securibus
functionum
talla exinde
in concurre
am, inferior
morem, inse
lma orum su
ntem; **A.** Adm
ras, quos noſte
christum, non
cum noſtrum
na impostura
gallale, fed vi
23.

43 Enecc su
pertatem
magis prope g
uper Scenec

ut minus tutum sit circa eam obambulare. *A.*
 Nunquam sane tu mihi eam reddes formidabilem. *B.* Aut fallor, aut tu ipse aliquid confers in eius munitionem. *A.* Egone? nūquam. *B.* Certe aut regula Christi alia facta est, aut quam representatis, vera Christi non est, nam pauperiem illius, humilitatem, liberalitatem, patientiam nūspiam reperio, luxum econtra, ambitionem, avaritiam, excandescientiam ubique. *A.* Vnde hic ex occulto iectus? *B.* Inde, ubi Regnum Christi mundanum sit, reverentiis, dignitatibus, excellentiis, superintendentiis conspicuum, tum ministrorum satellitio custoditum, denique fascibus & securibus formidabile. *A.* Nullas tu patieris functionum distinctiones? *B.* Libentissime, at nulla exinde Prælatorum supercilium, subiectorum conciliationem nullam, superiorum crapulam, inferiorum famem, nullum superiorum tumorem, inferiorum trepidationem, nullam Idumæorum successionem, Rechabitarum oblicationem; *A.* Admones me sane nævorum aliquot ætas, quos nostra patitur. *B.* Itaque posthac Antichristum non magnū illum tantum, sed & minutum nostrum observabis, qui in Satrapia sua non imposturarum minus habet, & malignitatis quam ille, sed virium.

23. FAMELICI.

A. Seneca subinde obiicimemini, quod paupertatem frequenter collaudarit, interim regias prope gazas possederit. *B.* Puto literatos petiper Seneca latus. *A.* Illi vere inter omnes morta-